

LA CHRYMÆ

Super præmaturo obitu

*Nobilis & Præcellentis Viri Juvenis*

DN. CHRISTOPHORI  
HEIDFELDI,

Quedlinburgensis, Jurisprudentiæ Candi-  
dati meritissimi: qui lenta tabe confectus in Christo

Redemptore suo placidè obdormivit Argentiniæ

27. Julii Anno Christi 1651.

ætatis 26.

Fusæ à Dominis Professoribus & Ami-  
cis condolentibus.



ARGENTORATI

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÛLBI,  
ET JOSIÆ STÆDELI,

---

Anno M. DC. LI.

A D  
BIBL. UNIV.  
MONAC.

Universitäts-  
München  
Bibliothek



I.

*De Domino Defuncto.*



Bat ad illustris fastigia celsa Lycæi  
Doctorisque decus mox habiturus erat  
HEIDFELDUS, patriæ spes iam maturrima  
lata,

Ad decus intentæ grande potensque suum.

Sanguinis insolitus corrumpit viscera fluxus  
Ecce ; phthisis gignit, cordis inundat opes,  
Et facit, ut medium cursus corrumpere actum,

Atque coronarum non caperet radios.

Vindicat egregiè mox sanguinis ille furores,

Atque aliunde capit, quod vetat iste cruor.

Spiritus ad coeli fastigia summa meavit ;

Nulla ubi Doctor eget, cuncta ubi Doctor habet.

*Hæredibus condol. scr.*

Johan. Georgius Dorfscheus, D.  
Acad. h. t. Rector.

---

*Idem de Legato Bibliotheca facto.*

**H**Eluo librorum, cupidissimus heluo iuris  
*Heidfeldus*, secum dum meditatus erat,

Qua ratione queat sibi condere Bibliothecam,

Bibliothecam etiam augere labore suo,

Et nomen scriptis in secula ducere clarum,

Corripitur multo sanguinis effluvio.

Quod dum pro gladio mortem atram sumere velle

Cernit & in vitæ stringere iura sua,

Arripit

Arripit ipse atramentum, legatque Lycæo  
Nostro, quo possit Bibliotheca frui.  
Argento, quod mente nequit, sic perficit idem.  
Autores plures sic Deus adde bonos.

*Bibliothecarius.*

II.

**M** Usarum exulibus Friderici authentica Regis  
Immunes alibi vivere posse dedit:  
**HEIDFELDUM** haut potuit lex hæc à morte tueri:  
E patriâ exivit iret ut in patriam.

*Johan. Conrad. Dannhauer, D.  
Prof. Ecclesiastes h. t. Fac. Theol. Decan.*

III.

Ad Dominum Defunctum.

**H**EIDENFELDE tibi sputatio tanta cruoris  
Contigit, heu quanta est nunquam mihi visa! Secuta  
Inde *ab his*, tibi quæ tussim, maciemque stupendam,  
Et vigiles peperit noctes, floremque coloris  
Abstulit, & fecit, quo densus anhelitus esset:  
Insper & pulsum languentem reddidit, atque  
Accendit febrim, triplex quæ corporis ægri  
Principum prorsus consumit, ut illius omnis  
Gratia vanuerit. Tanta inclementia sævi  
Huiuserat morbi! qui tandem in flore iuventa  
In te crudelis coniecit spicula Mortis.  
Tu tamen adiutus divino Numine cuncta  
Excelfo in fractoque animo cum laude tulisti.  
Sed nunc in cæli regno sine fine triumphas,  
Immundi mundi lacrymosa valle relicta.  
Ergo vale, & Magno cæli terræque Monarchæ  
Vive, & cum *Seraphim* modulare Trishagion illud,  
Est *sanctus, sanctus, sanctus* Deus unus, & idem.

*Trinus*

Trinus personis est cuius gloria magna  
Maiestasque simul totum diffusa per orbem.

Quando lux nobis illuxerit illa beata,  
Qua iustus veniet ius dicere Rector Olympi,  
Spirituale tibi corpus, sanumque, potensque,  
Immò, quod est mirum magis, immortale resurget,  
Spirituque tuo rursus iungetur, ut antè  
Seiunctum fuerat peccati crimine ab illo.

Melchior Sebizius, D.

IV.

**N**os aliò mentes divisimus, atque supremus  
Dividit eventus cuncta regente manu.  
Ad nostram, licèta patria, pervenerat urbem  
*Hèydfeld*, ut studiis disceret inde modum;  
Unde suæ caperet terrestris commoda vitæ.  
Evolvit gnava iura proinde manu.  
Et mox terrestris patriæ venisset ad arva,  
Artibus, & summo dives honore, redux:  
Cum supero visum est aliter. Peregrinus in urbe  
Non patria, amittit rura paterna soli.  
Invenit at patriam meliorem, & commoda vitæ  
Cogitur æternæ quærere morte cita.  
Captat ubi mitram Doctoris iuris ab ipso  
Christo, quam nunquam blatta vorabit edax.  
Hæc Evangelici studiosos præmia iuris,  
Conscripti Christi sanguine, certa manent.  
O si! respiceres speculum hoc secunda iuventus,  
Quæ fingis frustra secula multa tibi;  
Dum teritur studiis Academica vita peregre,  
Securè mortis vivis & absque metu,  
Quin etiam genio indulges, vitis que redundas;  
Sub spe, quod senium diluet illa pium;  
Cum mores alios civilis vita requireret,  
Et lex officii non sinet esse levem.  
Falleris. Indignum est Veneri Bacchoque, iuventæ  
Mustum; Sed vappam sacrificare Deo.

Falleris. Haud constat, num cras quoque vixeris. Ergo  
Sic hodie, ut felix cras moriaris, agas.

*Ultimi honoris pie defuncto habendi causa  
apposuit*

Baltasar Scheid, Theol. Candidatus & He-  
brææ linguæ Professor.

---

V.

**S**iccine, sic nostris, HEIDFELDI, cedis Athenis,  
Non tamen ut patriæ sit tibi cura prior?  
Quæ sibi felicem reditum, quæ gaudia longa  
Aucta mora, amplexus quæ sibi anhela tuos  
Spondebat: quoniam doctrinæ industria votum,  
Et spes maturus iam satiabat honor.  
Ista aderant: sancto sed mens tua concita motu,  
Hæc, sint magna licet, cuncta caduca videns;  
Nil, nisi quod coeleste, cupit, terramque perosa  
Esse Deum patriam, vota sua esse putat.

*Robertus Kœnigsmannus, Eloquen-  
tiæ Professor.*

---

VI.

**I**n dem du deinen lauff durch dise Lebens-Heyde  
Dem kummer-vollen feld/Herr Heydsfeld/ ich vollbracht/  
Nimmst abschid von der Welt/und wanderst durch die Nacht  
Deß Todes zu dem Liecht deß Lebens und der Freude;  
Soweyß ich fast nicht wol/ ob ich eyn solches Leyde  
Soll klagen/oder ob auff reimien ich bedacht  
Zum Glückwunsch solle sein. Dann wan ich recht betrachte  
Den vorig-schwachen Leib/und ich die Selen-wende/  
Wo du nun Schmerzen-frei empfangest stolze Ruh  
Und wahren Himmels-lust; So ruff ich dir/ glück zu!

Wan aber ich die Kunst und Wissenschaft beschaue  
Mit welcher du bereyts verdienstest Doctores ehr/  
So flag ich deine Blüht. Doch preiß ich dises mehr/  
Daß auß dem Leyd feld du kömst in die Freüden-aue.

Joh. Matthias Schneüber.

---

VII.

*In tristissimum Obitum Nobil. & Pra-*  
*cellentis Viri*

DN. CHRISTOPHORI HEIDFELD II,  
Juris utriusque Candidati.

**A**D culmen usque flammis Heidfeldius  
Cum gressibus scandisset in Legum arduo  
Studio sibi que destinatos cerneret  
Oculis honores, in poli intentis decus,  
Quos Orbis, inquit, dat honores, non meam  
Satiare mentem nec voluntatem queunt.  
Polus coronam, quam peto, ecce, continet.  
Orbis vale: Salve Polus, tu tu mihi  
Quos Orbis haud potest, honores conferes.

*Συμπλαθείας Ένεκα scripsit*  
Samuel Schallefius.

---

VIII.

*DN. Defuncti vox.*

**A**Rtes dum quaerens Patriam ipse volensque lubensque  
Hic careo, Patria est vera repetta mihi:  
Hanc ego dum reperi, careo ipse volensque lubensque  
Qua, quaerens artes, ulius eram Patria!

*fec.*

Joh. Henr. Rapp.

F I N I S.

